

Injustus, apparatus mediator Dei & hominum, mortalis &...

Ex his patet, duobus modis Christum dici mediatorem, nimirum primo, quatenus ejus personalitas...

Porro quando Apostolus ait, unum esse mediatorem inter Deum & homines Jesum Christum, loquitur de mediatore excellenti, perfecto, supremo...

Male ergo hoc Apostoli testimonio Novatores inferunt, nullum alium praeter Christum, posse pro hominibus apud Deum intercedere...

ARTICULUS IV.

An Christus potestatem regiam, non solum spiritualem, sed etiam temporalem habuerit?

Certum & indubitatum est apud omnes, Christum habuisse potestatem spiritualem regiam & Monarchicam supra totam Ecclesiam, juxta illud Psalm. 2.

Probatur ex Scriptura: nam Apocal. 1. Christus vocatur Princeps Regum terra. Et cap. 29. dicitur habere scriptum in femore suo, id est in humanitate, Rex Regum...

Confiteratur: In lege naturae Melchisedech fuit Rex Salem, & Dei summus Sacerdos, teste Apostolo ad Hebraeos 7.

Potest enim suaderi conclusio ex inconvenienti, quod sequitur ex adversa sententia, nempe Christum non potuisse ut hominem precipere hominibus & Angelis...

Non debet ergo Christo ut homini denegari jus regium & dominativum in totum universum, creatum quidem, & a Dei dominio dependens, superioris tamen ordinis...

DISPUTATIO XXIII.

De Adoptione Christi.

Ad questionem 23. Divi Thomae.

Postquam D. Thomas tribus precedentibus questionibus egit de his quae conveniunt Christo, per comparationem ipsius ad Patrem, differit de his quae Christo conveniunt, per comparationem Patris ad ipsum...

ARTICULUS I.

An Christus in quantum homo sit filius adoptivus Dei?

§. I.

Referuntur sententiae, & praeferuntur aliqua ad resolutionem questionis necessaria.

Certum & indubitatum est apud omnes Catholicos, Christum ut Deum, seu ut subsistentem in natura divina, filium adoptivum Dei non esse, cum fides Catholica doceat ipsum ut sic esse filium naturalem Patris...

Primum est, neminem posse sine ingenti temeritate, praedicti Concilii auctoritatem rejicere, licet enim quantum ad aliquid reprobatum sit, nempe quantum ad id in quo ex errore damnatur septima Synodus...

Secundum est, quod Concilium hoc astutia haereticorum per multa tempora latuit, postea diligentia Sacerdotum repertum fuit, & tertio tunc Conciliorum infernum unde nec Durandus, nec Scotus, nec alii, qui ante illius Concilii inventionem, filiationem adoptivam in Christo docuerunt...

Tertium est, Felicem & Elipandum veros Nestorianos fuisse (quidquid in contrarium dicit Vaquez) & in Christo multiplicasse personas, ac in sensu Nestoriani adoptionem in Christo admisisse. Patet id tum ex Epistola Concilii Francofordiensis, editionis Coloniensis pag. 133. columna 2. versus medium ubi Patres Concilii aliquoties Felicem & Elipandum, sic ajunt: Nemo enim eorum haeresi vestra in Nestorio ab universa sancta Ecclesia reprobata et damnata est?

etia, & homines numero crescunt, eo magis amplificatur & dilatur.

64 Dico secundo. Licet Christus haberet jus regium directum seu temporale, & potestatem in totum universum, ab illius tamen exercitio abstinuit, neque ullam penitus temporalem regum administravit: quia non deo cuius omino ut potestatem pure civilem exerceret, cum illa, comparatione spiritualis & divina, vilis sit & quemadmodum non deest ut Rex exerceat minora officia, ad quae tamen exercenda habet potestatem, ita cum Christus propter fines majores venisset, & omnium maximos, ut sanctificator, ut glorificator, ut Redemptor, &c. non decebat ut per se exerceret potestatem pure civilem & politicam. Deinde, exercitium regie potestatis non bene conveniebat exemplis patientiae, paupertatis, humilitatis, & obedientiae usque ad mortem Crucis, quae Christus in hoc mundo debebat exhibere: unde agebat ipse Matth. 20. Filius hominis non venit ministrare, sed ministrari, & dare animam suam redemptionem pro multis. Habuit ergo Christus potestatem solum generalem, & divinam similem, non praesertim particulari potestati Regum temporalium, nec usui hujus potestatis circa suum regnum: nam sicut influxus causae superioris, non impedit influxum particularis causae, sed magis juvat: ita nec Christi potestas altioris & universalioris ordinis, Regum temporalium jurisdictionem destruit, sed magis stabilit ac firmat, & florentiorem, diuturniorem, & potentioris efficit: non enim Christus eripit mortalia, qui regna dat caelestia: Unde apud Augustinum Tractat. 115. in Joann. clamat ad omnes Reges terrae: Nolite timere, non impedit dominationem vestram.

65 Ex hoc facile conciliari possunt Scripturae loca, specie tenus pugnantia, quorum aliqua tribuunt Christo regiam potestatem & dominium omnium rerum, asseruntque ipsum fuisse Dominum universorum, Regem regum & Dominum dominantium: alia asserunt, ipsum non regnasse in hoc mundo, neque venisse dominari & ministrari, sed ministrare, Joann. 18. & Lucae 22. Christus enim habuit regiam potestatem, & dominium rerum omnium in actu primo, licet non regnavit temporaliter, neque usum talis dominii habuerit in actu secundo. Ex quo soluta manent omnia argumenta quae contra praecedentem conclusionem fieri solent.

66 Dices, Si Christus haberet jus regium directum seu temporale in totum universum, sequeretur summum Pontificem, qui Christi potestati succedit, esse regem temporalium omnium mundi regnum. Sed negatur sequela, quia Christus non dedit Summo Pontifici omnem potestatem quam habebat, ne spirituales quidem, cum Summus Pontifex non possit inferre sacramenta, dare gratiam extra sacramenta, remittere peccata absque sacramentali confessione & absolutione, & alia nonnulla Christi singulariter propria.

67 Ex dictis colligitur, Christum non solum fuisse Regem, sed etiam legislatorem, cum de ratione dignitatis regie sit potestas condendi leges: unde Isaiae 33. Christus legislator simul & Rex appellatur: Dominus legislator noster, Dominus Rex noster, ipse salvabit nos. Porro sicut regia dignitas Christo convenit cum singulari excellentia, nulli alteri concessa, ita & potestas legislativa. Primo, quia fuit divina quodammodo, ratione suppositi divini, unde jus ab eo conditum, vocatur divinum simpliciter. Secundo propter excellentiam legum & preceptorum, quae triplicis generis sunt: quaedam moralia de quibus Joann. 5. 6. & 7. Alia sacramentalia de quibus Joann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Et cap. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c. Alia precepta fidei, Joann. 14. Creditis in Deum, & in me creditis. Marc. vii. Qui crederit & baptizatus fuerit, salvus erit. Tertio, quia per selem potestatem Christus potuit abrogare legem veterem. Quarto, quia fuit amplissima in universum mundum: Eritis ergo doctores omnes gentes, &c. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Quinto, quia potuit hanc potestatem Vicario suo imperit, licet non aequalem communicaverit.

Demum cum hac auctoritate legislativa annexa est potestas iudicaria, quam Christus non solum exercet cum singulari hominibus ex hac vita decedentibus, sed etiam cum omnibus in unum extremo iudicii die congregatis juxta illud Joann. 5. Potestatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis est. Ejusdem quippe est leges condere, & de legibus iudicare quo pacto a subditis serventur.

3 Adde quod in questionibus de facto magis est historis sciendum, quam levibus conjecturis. At historici omnes, qui Felicis & Elipandii heresim descripserunt, illam Nestorianam fuisse asserunt. Ita enim asserunt Alcuinus Magister Caroli Magni, lib. 3. de Trinitate cap. 4. Jonas Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum in principio, S. Antonius 2. part. historie tit. 14. cap. 1. Mariana lib. 7. de rebus Hispanie cap. 8. & Baronius tom. 9. anno 783.

6 Nec obstat quod Valquez opponit in contrarium, nempe a Concilio Francorodensi heresim Elipandii & Felicis, novam appellari. Nam ideo solum a Concilio nova appellatur, quia heresim Nestorii jam mortuam & sepultam renovaverunt, & de novo suscitaverunt, ut constat ex libro sacrosyllabo ejusdem Concilii, pag. 148. columna 1. ubi sic dicitur: *Elipandus namque & Felicem, non nos hostes Ecclesie, sed veterosa face perfidia pollutes, &.*

Non valet etiam alia conjectura, cui postissimum fidit Valquez, nempe quod Elipandus in sua confessione manifeste fatetur videri, Dei & hominis in Christo unam tantum fuisse personam; nam loquens de Filio Dei ait esse hominem factum, crucifixum, mortuum, &c. Ex quo patet agnovisse per communicationem idiomatum hanc de Filio Dei que competunt Christo ut homini: hanc autem communicationem non fiat sine unitate persone. Et insuper addit hanc verba: *Qui dicit, gloriam meam alteri non dabo, homo interior in qua eademque Dei & hominis persona degenerationis, aque carnis vestimento indutus, &c. Quibus verbis aperte fatetur videri, unam tantum in Christo esse personam.*

Non valet, inquam, hanc conjectura, nam Elipandus his verbis, non vere & sincere, sed dolose ac simulante, unam in Christo personam admisit, intelligens non unam per unionem physicam substantialem, sed per unionem moralem (ut etiam de Nestorio notavit D. Thomas supra q. 2. art. 6.) & nomine unitatis persone utens, ut fideles deciperet; eo modo quo Pelagius Patres Concilii Palæstini fefellerit, admittens necessitatem gratie, sed nomine gratie intelligens donum creationis. Quod vero in hoc sensu Elipandus loqueretur, constat tum ex verbis Concilii atheniensis Nestorium dicere copulationem, quod Elipandus & Felix appellabant adoptionem. Tum ex verbis illis quibus Elipandus utebatur ad unitatem istam explicandum: *Degenerationis, & carnis vestimento indutus, que aperte indicant unitatem non substantialem, sed accidentalem.*

§. II.

Conclusio negatur hauritur, & auctoritate Concilii Francorodensis fulcitur.

2 Ideo igitur: Christus ut homo, Filius Dei adoptivus non est.

Probatur conclusio ex Concilio Francorodensi, in quo Christus Filius Dei adoptivus non esse multoties asseritur: nam in Epistola ad Episcopos Hispania, editionis Colonienfis pagina 149. columna 2. post initium, sic dicitur: *Si verus Deus, & verus filius, & si verus filius, nequaquam adoptivus, quia adoptivus, sicut in testimonio S. Hieronimi positum est, non vere natura est filius.* Et pagina 152. columna 2. circa medium: *Unicus persona qua est in Dei Filio, & Filio Virginis, adoptionis tollit injuriam.* Et pag. 153. columna 2. circa initium: *Adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Jesus Christus non sit proprius Filius Dei: Ergo ex mente Concilii asserendum est, Christum ut hominem, filium Dei adoptivum non esse.*

8 Respondent primo adversarii, Concilium ibi non negare adoptionem in Christo, ratione natura humane, sed tantum ratione supposito creati, seu adoptionem multipliciter in Christo personas: mens enim Concilii (inquit) ex opposito errore quem damnat venanda est: Felix autem & Elipandus, quos ibi damnat Concilium, in sensu Nestorianum Christum esse Filium Dei adoptivum assererant, nempe adoptione pura, cum filiatione naturali incompossibili, subindeque persons in Christo multipliciter: Ergo Concilium hunc tantum modum adoptionis in Christo excludit, non autem adoptionem ratione natura humane in Christo cum unitate persone compositam.

9 Secundo respondent, non definit a Concilio, Christum secundum humanitatem, vel Christum ut hominem, filium adoptivum non esse, sed quod Christus absolute Filius Dei adoptivus non sit: hanc autem longe diversa sunt, sicut aliud est, Christum absolute non esse creaturam, & ipsum in quantum hominem creaturam esse.

10 Verum he solutiones nequaquam satisfaciunt, nec menti Concilii consonæ videntur. Nam Concilium ait Christum nequaquam esse filium adoptivum, quod idem est ac dicere, nullo modo esse filium adoptivum: At hoc falsum esset, si esset filius adoptivus, in quantum homo, & ado-

ptione cum unitate persone in humanitate composita: Ergo, &c. Minor probatur: Christum in quantum hominem, vel secundum humanitatem esse filium adoptivum, est esse aliqua ratione, & aliquo modo adoptivum. Item filiatione adoptiva cum unitate persone in humanitate Christi composita, est aliquid modus filiationis adoptivæ: Ergo si Christus esset filius adoptivus secundum humanitatem, vel filiatione adoptiva, cum unitate persone in humanitate composita, falsum esset dicere, ipsum nequaquam, seu nullo modo, esse filium Dei adoptivum.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Christum nullo modo esse filium adoptivum, & Christum aliquo modo esse filium adoptivum, sunt propositiones contradictorie oppositæ, & consequenter nequeunt esse simul vere: At negativa vera est, ut patet a Concilio assera: Ergo affirmativa est falsa. Sed Christum in quantum hominem esse filium adoptivum, adoptione composita cum unitate persone, est Christum aliquo modo esse filium adoptivum: Ergo Christum in quantum hominem esse filium Dei adoptivum, adoptione composita cum unitate persone, falsum est, & a Concilio damnatum.

Confirmatur amplius: Licet juxta D. Thomam supra quest. 16. art. 8. hæc propositio sit falsa, *Christus est creatus, & contra negativa, id est, Christus non est creatus, vera sit, quia tamen hæc propositio est vera, Christus ut homo est creatus, falsa est illa propositio: Christus nullo modo est creatus.* Ergo si Christus ut homo sit Filius Dei adoptivus, adoptione composita cum unitate persone, licet possit esse verum absolute, Christum filium adoptivum non esse, falsum tamen erit dicere, illum nullo modo esse filium adoptivum.

Deinde, Ideo excluditur a Concilio filiatione adoptiva a Christo, quia adoptivus aliam significationem non habet, nisi quo Christus non sit Filius proprius Dei: At si Christus ut homo esset Filius Dei adoptivus, essetque dabilis adoptio cum filiatione propria in una persona composita, filius adoptivus aliam significationem haberet: Ergo tradita solutione menti Concilii non congruat.

Nec obstat ratio quam Adversarii in prima solutione insinuant, tum quia falsum est mentem Concilii ad aquate esse errore opposito sumendam, sed pot. us deesse colligi ex illius verbis proprie & rigorose acceptis: verba autem ex Concilio adducta, si in rigore accipiantur, ut debent, omnem modum adoptionis excludunt, ut jam ostensum est. Tum etiam, quia Concilia contra aliquam congregata, non semper solum illius errorem damnant, sed etiam per extensionem omnem alium cum illo conexum prohibent: Concilium autem Francorodense, ut constat est ejus verbis, censuit conjunctam esse cum omni modo adoptionis distinctionem personarum, unde multoties repetit: *Unicus persona in Christo adoptionis tollit injuriam. Adoptio nullam habet significationem nisi ut Christus filius proprius vel naturalis non sit.* Ergo non solum damnavit adoptionem, ut a Felice & Elipando asserant, sed etiam omnem adoptionis modum, quia ex qualibet modo adoptionis, censuit colligi distinctionem substantialem personarum in Christo.

§. III.

Eadem veritas duplici ratione suadetur.

Veritas ab Auctoribus per conclusionem nostra adduci solent rationes, que non videntur efficaces, nos hic tantum duas, que precipue sunt & fundamentales, breviter exponemus.

Prima sumitur ex definitione adoptionis, que a Theologis & Jurisperitis sic describitur: *Adoptio est gratia & liberalis assumptio persone extraneæ ad hereditatem.* Quibus verbis duo ad adoptionem necessario requiri denotatur, nimirum quod persona que adoptatur sit extranea, id est distincta ab adoptante, & quod non habeat per naturam jus ad illius hereditatem, sed dumtaxat per ejus gratiam & benevolentiam. Unde sic argo: Adoptio petit extraneitatem persone, & carentiam juris ab intrinseco ad hereditatem: Sed Christus ut homo, non est persona extranea a Deo, quia non est personaliter distinctus a seipso ut in Deitate subsistens: que licet Christus ut homo possit dici suppositum extraneæ nature, non tamen persona extranea: sicut licet ut homo sit suppositum nature finitæ, & a divina distincte, non tamen est persona finita, nec a divina distincta. Item Christus ratione unionis hypostaticæ habet jus ab intrinseco ad illi hereditatem, nimirum ad visionem beatificam, cum illa humanitati Verbo unite consubstantialiter debita sit, sicut & gratia habitualis, virtutes infusæ, aliaque dona supernaturalia: Ergo Christus ut homo, Filius Dei adoptivus non est. Unde D. Thomas in 3. dist. 10. q. 2. art. 2. quest. 3. *Christus nullo modo est Filius adoptivus, quia ei competit secundum suam naturam, seu ex natura sua, secundum quam a Patre æternaliter nascitur, habere jus in hereditate paterna, quia omnia que habet Pater sua sunt, ut dicitur Joann. 16. unde hoc jus non acquiritur ei per gratiam adventitiam, ut possit dici Filius adoptivus.*

Secun-

16 Secunda ratio, que præcedentem magis illustrat & confirmat, potest sic proponi: Filius naturalis non potest esse adoptivus: Sed Christus, in quantum homo, est Filius Dei naturalis: Ergo adoptivus esse nequit. Minor asseritur multoties ab Adriano Papa in Epistola ad Episcopos Hispania supra citata, & patebit ex dicendis articulo sequenti, §. 1. concl. 3. ubi offendemus, Christum in quantum hominem, per gratiam unionis esse Filium Dei naturalem formaliter: ly in quantum determinate non naturam, sed suppositum ut in illa subsistens, non reduplicative, sed specificative.

Major vero, in qua est difficultas, multipliciter ostenditur. Primo, quia ille qui adoptatur in filium, non secundum naturam, sed solo affectu conjugitur adoptanti: est enim adoptare, optare aliquem in filium, & velle ut sit filius, cum non sit talis naturaliter, sed alienus & extraneus. Unde Concilium Francorodense in Epistola ad Episcopos Hispania, pagina 153. columna 3. *Quid est adoptio, nisi caritatis copulatio, qua pater adoptione sibi copulato filium, quem proprium non habet: Et in libro Sacrosyllabo pag. 146. col. 2. Adoptivus non nisi affectu locutionis, alienus dicitur Filius, Omnis enim adoptio est affectiva dicitur cogitatio suam originem, &c. habet namque ex utraque parte veritatem adverbium dicitur infirmum, ut si dicat: *Creantur sibi mihi in filium adoptivum: & e contra Unam mercem a se in filium adoptari: Sed hoc ipso quod aliquis filius naturalis est, non potest solo affectu conjugi generantibus: Ergo Filius ejus adoptivus nequit exister.**

Secundo, Ex eodem Concilio supra citato: *Adoptio nullam habet significationem, nisi ut Christus Filius proprius vel naturalis non sit.* Ergo filiatione adoptiva dicitur negationem filiationis naturalis, & consequenter repugnat utramque filiationem de eodem prædicari, & Filium Dei naturalem, esse Filium ejus adoptivum.

Tertio, Filiatione adoptiva est quædam imperfecta imitatio filiationis naturalis: Sed id quod dicitur de aliquo secundum veritatem & rationem perfectam, nequit de illo dici imitative, & secundum imperfectam rationem: Ergo filius naturalis, adoptivus dici nequit. Que ratio est D. Thomæ infra qu. 32. art. 3. ubi sic dicitur: *In quo de aliquo dicitur secundum rationem perfectam, non potest dici de eodem secundum rationem imperfectam: Sicut quia Socrates dicitur homo secundum perfectam, & propriam rationem hominis, non potest dici homo secundum illam significationem qua pilula hominis dicitur homo, licet forte ipsi assimilatur alteri homini: Christus autem est Filius Dei secundum perfectam rationem filiationis, scilicet filiatione naturali: Ergo nequit dici filius, secundum imperfectam rationem filiationis, qualis est filiatione adoptiva.*

Denique adoptio, ut supra dicebamus, est assumptio persone extraneæ ad alterius hereditatem: Sed filius naturalis, non est, nec esse potest persona extranea: Ergo filius adoptivus esse nequit.

17 Dices, non minus opponitur esse sanctum per participationem, & esse sanctum per essentiam, quam esse filium naturalem, & filium adoptivum: Sed quamvis in Christo una tantum reperitur persona, quia tamen duas terminat naturas, est sanctus per essentiam, ut subsistens in divina, & sanctus per participationem, ut subsistens in humana: Ergo pariter, non obstante unitate persone, qui in duabus naturis subsistit, esse poterit Filius Dei naturalis, ut subsistit in natura divina, & filius adoptivus, ut in humanitate subsistit.

18 Confirmatur: Non minus inter se pugnat, & se invicem excludunt, supremum dominium & servitium, quam filiatione adoptiva & naturalis: Sed quamvis persona Christi sit una & sit dominus supremus, ut subsistens in divina natura, est servus Dei, ut subsistens in humana natura, ut disput. præcedenti artic. 1. docuimus: Ergo pariter, non obstante quod persona Christi sit una, & sit Filius Dei naturalis, ut in deitate subsistens, erit filius adoptivus, ut in humanitate subsistit.

19 Ad instantiam respondeo diff. Major. Non minus opponatur esse sanctum, & esse sanctum esse filium naturalem, & esse servata comparatione ad idem subiectum, secundum eandem rationem, concedo Majorem. Non servata ista comparatione nego Majorem, & concessa Minori, nego Consequentiam.

20 Explicatur solutio: Unum subiectum esse sanctum per essentiam, & esse sanctum per participationem, secundum unam rationem, non minus opponatur, nec minus repugnat, quam esse filium naturalem, & filium adoptivum, est tamen hoc inter sanctitatem & filiationem discernitur, quod sanctitas convenit supposito, mediante natura, unde cum in Christo duo reperiantur nature, ratione unius, scilicet nature divine, est sanctus per essentiam, & ratione alterius, nempe nature humane, gratia habituali ornate, est sanctus per participationem: filiatione autem non convenit supposito, mediante natura, sed immediate comparatur ad illud, ut constat ex communi modo loquendi, juxta quem natura non dicitur filia, seu suppositum: unde cum in Christo Theol. Cont. Tom. IV.

sto unum tantum sit suppositum, quod est filius naturalis, Christus filius adoptivus esse non potest.

Ex quo potest magis confirmari nostra conclusio: Si enim sanctitas conveniret immediate supposito, & non mediante natura, non posset suppositum Verbi, etiam ut in humanitate subsistens, esse sanctum sanctitate accidentaliter, quia per essentiam sanctum est: Sed non minus opponitur filiatione naturali & adoptiva, quam sanctitas per essentiam, & sanctitas per participationem, & aliam filiatione convenit immediate persona: Ergo suppositum Christi, quod est filius naturalis Dei, filius ejus adoptivus esse nequit, etiam ut in humanitate subsistens.

Ex hoc etiam patet responso ad confirmationem, 23 Major enim distinguenda est: Non minus inter se pugnant supremum dominium, & servitium, quam filiatione naturalis & adoptiva, identitate comparationis servata ad idem sub eadem ratione, concedo Majorem: identitate comparationis non servata, nego Majorem, & concessa Minori, nego Consequentiam: servitium enim & dominium dicuntur de supposito, ratione nature, ut docet D. Thomas supra quest. 20. art. 1. ad 2. & quia in Christo cum unitate persone, duplex reperitur natura, potest ratione unius esse dominus supremus, & ratione alterius servus; sicut ratione unius est Creator, & ratione alterius creatura; ratione divina est creditor, & ratione humane debitor, & satisfactor, quia hæc omnia prædicata, de supposito ratione nature dicuntur: filiatione autem non dicitur de natura: nec de supposito ratione nature, sed immediate comparatur ad suppositum: & quia in Christo unum tantum est suppositum, & una tantum persona, que non est extranea, sed filius naturalis Dei, non potest esse adoptivus. Solutio est D. Thomæ hic art. 4. ad 3. *Solum enim sibi obijciat hoc argumentum: Christus secundum quod homo, est servus: sed dignus est esse filium adoptivum, quem servum: ergo, multo magis Christus, secundum quod homo, est filius adoptivus.* Sic respondet: *Ad tertium dicendum, quod esse extraneam, & etiam servitium, vel subiecto ad Deum, non solum respicit personam, sed etiam naturam, quod non potest dici de filiatione, & ideo non est similis ratio.*

Instabis: Inde inferrebamus supra, filiationem immediate comparari ad personam, & non mediante natura, quia hæc non dicitur filia: Sed nec etiam dicitur serva, nulla est enim ratio car serva dicitur magis quam filia: Ergo etiam servitium comparatur immediate ad personam, non mediante natura.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: ut enim jam vidimus, D. Thomas hoc inter filiationem & servitium constituit discrimen, quod servitium non solum respicit personam, sed etiam naturam, quod filiationi non convenit. Ratio etiam in fuder. Tum quia dominium dicitur de persona, ratione nature, unde tres divines persone, ratione unius nature, una gradus ratione dominii, sicut & una omnipotentia dicuntur omnipotentes: Ergo servitium etiam immediate comparatur ad naturam, subindeque de illa prædicatur. Tum etiam, quia servitium de qua loquitur, sequitur conditionem creature rationalis dependentis a Deo, in esse, fieri, & conservari, & cum illa commentatur: Sed ratio creature sic dependentis a Deo, convenit immediate nature, & ratione illius persone: Ergo idem est de servitute dicendum.

§. IV.

Alia Objectiones solvantur.

Obijcies primo: Gratia habitualis præstat formaliter esse Filium Dei adoptivum, ut in Tractatu de gratia disp. 2. art. 5. ostensum est: Sed gratia habitualis reperitur in Christo, ut patet ex dictis supra disp. 12. art. 1. Ergo Christus est filius adoptivus Dei.

Respondeo primo distinguendo Majorem: Gratia habitualis, ut habita per spirituales generationem, præstat formaliter esse Filium Dei adoptivum, concedo Majorem. Gratia habitualis spirituale generationem non terminans, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem. Gratia habitualis reperitur in Christo, ut habita per spirituales generationem, nego Minorem: ut communicat alio modo, concedo Minorem, & nego Consequentiam.

Explicatur solutio: Cui dicitur gratiam habitualem præstare formaliter esse Filium Dei adoptivum, hoc debet intelligi de illa ut habita per spirituales generationem, sicut natura non alter quam ut terminans generationem naturalem, præstat formaliter esse filium naturalem: unde licet in Spiritu Sancto, non minus quam in Verbo, natura divina invenitur: quia tamen Spiritui Sancto non convenit per generationem naturalem, filiationem naturalem non fundat, nec Spiritum Sanctum, filium Dei naturalem constituit. Licet autem gratia habitualis anime

Christi

Christi conveniat, inchoato tamen illius, spiritualis generatio non est, quia licet ad naturam Dei participatam terminetur, non terminatur ad illam secundum modum naturae, sed ad modum proprietatis consequentis gratiam unionis, & ad illam ut finem ordinatur, cum tamen de ratione generationis sit, terminari ad naturam sub conceptu naturae primario in intentione & in executione, & ideo in Christo non fundat filiationem adoptivam, sicut in aliis iustis.

28 Respondeo secundo, distinguendo rursus eandem Majorem: Gratia habitualis praestat formaliter esse filium Dei adoptivum, quando subiectum est capax filiationis adoptivae, concedo Majorem. Si non sit capax illius, nego Majorem. Suppositum autem Christi, cum non sit extraneum a Deo, utpote identificans sibi naturam divinam, & habet ius ad illius hereditatem per naturam, est incapax filiationis adoptivae; & ideo licet in ipso gratia habitualis reperitur, filius tamen adoptivus Dei esse nequit.

29 Dices, Effectus formae est ipsa forma communicata subiecto. Ergo si gratia habitualis sit causa formalis filiationis adoptivae, repugnabit illam communicari alicui subiecto, nisi illud, Filium Dei adoptivum constituat.

30 Respondeo effectum formalem esse ipsam formam communicatam, non cuius subiecto, sed subiecto talis formae capaci, subindeque si obiectum aliquid filiationis adoptivae sit incapax, quamvis ipse communicetur gratia habitualis, quae est causa talis filiationis, filius tamen adoptivus non erit.

31 Instabis, Non sit capacitas in subiecto ad formam, cum incapacitate ad illius effectum formalem: Ergo si gratia habitualis sit causa formalis filiationis adoptivae, non poterit in Christo esse incapax ad adoptionem, cum capacitate ad gratiam habitualem. Consequentia patet, Antecedens probatur. Non fiat in subiecto aliquo capacitas ad calorem, albedinem, vel quantitatem, cum incapacitate ad esse calidum, album, & quantum; quia calor est adaequata forma calidi, albedo albi, quantitas quanti; unde quia in Angelo est incapacitas ad tales effectus, foras a quibus proveniant recipere nequit; Ergo universaliter verum est, non stare cum capacitate ad formam, incapacitatem ad effectum formalem illius.

32 Respondeo distinguendo Antecedens: Non fiat capacitas in subiecto ad formam, cum incapacitate ad illius effectum formalem primarium, insitit ante cedens. Ad illius effectum formalem secundarium, nego Antecedens, & Consequentiam, nam filio adoptivo non est effectus primarius, sed secundarius gratia habitualis, & alius cum sit connotativus, potest gratia existere sine illo, & in subiecto esse capacitas ad gratiam, cum incapacitate ad hunc effectum formalem: exempla autem ad probationem Antecedentis adducta, solum de primario effectu convincunt.

33 Obijcies secundo: Si Christus non esset Filius Dei adoptivus, maxime quia filius eius naturalis est: Sed haec ratio non valet: Ergo rursus praecipuum fundamentum nostrae sententiae. Major patet, Minor probatur multipliciter. Primo quia licet Christus ut subsistens in divinitate, Filius Dei naturalis sit, prout tamen in humanitate subsistit, non est formaliter filius naturalis Dei, sed solum identice & materialiter: Ergo de Christo prout sic potest dici filio adoptivo.

34 Secundo, Filius naturalis per generationem potest esse adoptivus: Ergo licet Christus sit Filius naturalis Dei, ratione aeternae generationis, nihilominus filius eius adoptivus esse potest. Consequentia patet, Antecedens probatur ex iure civili, lege Qui liberatus, si de adoptionibus, ubi dicitur: Qui liberatus est patris potestate, honeste reversi non potest nisi adoptione: Ergo filius naturalis, a prima potestate mancipatus, potest sub illa per adoptionem constitui, subindeque non repugnat in eodem supposito adoptio & filio naturalis.

35 Tertio, Filiatio non convenit personae ratione sui, sed ratione naturae, unde ad adoptionem non petitur extraneitas suppositi, sed sufficit extraneitas naturae: Sed Christus ut homo est extraneus naturae a Deo: Ergo licet sit filius eius naturalis, ratione suppositi divini, potest tamen ratione naturae assumptae, constitui & denominari filius eius adoptivus.

36 Denique, Si a Christo excluderetur filio adoptiva, ex eo patet quod est filius naturalis Dei, sequeretur quod in casu quo Spiritus Sanctus naturam humanam assumeret, foret Filius Dei adoptivus: Sed hoc dici nequit, ut infra dicemus: Ergo ratio illa non valet. Sequela probatur Spiritus Sanctus humanitatem assumens, Filius Dei naturalis non esset, ut constat ex infra dicendis: Ergo si ex quo praefate excludatur filio adoptiva a Christo, quod Filius Dei naturalis sit, Spiritus Sanctus naturam humanam assumens, Filius adoptivus esset.

37 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ad cuius primam probationem, nego Antecedens, ut enim dicemus articulo sequenti, Christus in quantum homo est Filius Dei naturalis formaliter, ly in quantum determinans in recto non naturam, sed suppositum ut in illa

subsistens, non reduplicative, sed specificative; unde Christus, etiam in quantum homo, & prout subsistens in natura humana, est incapax filiationis adoptivae; ad adoptionem enim, ut supra dicebamus, requiritur persona extranea, ut constat ex eius definitione: licet autem Christus ut homo, seu ut subsistens in natura humana, sit naturae extraneus suppositum, non tamen est persona extranea; sicut licet in quantum homo sit suppositum natura finita, & a Deo distincte, non tamen est persona finita, nec distincta a divina Verbi persona.

Ad secundam dicendum quod licet in humanis & civilibus filius naturalis extra patriam potestatem existens, possit olim adoptari a Patre, & per adoptionem ad ipsum revertens, repugnat tamen Filium Dei naturalem, ejus filium adoptivum fieri: nam in iure civili Romanorum, filius extra patriam potestatem existens, privabatur omni iure ad patris hereditatem: & quia solum hoc ius attendit civilis consideratio, fit ut in consideratione civili filius naturalis non esset, ac proinde capax non existeret civilis adoptionis: Filius autem naturalis Dei semper est in consideratione Theologica Filius proprius, naturalis, & verus, cum quo non comparitur esse filium adoptivum, nam ut supra ex Concilio Francofordensi ostendimus, adoptiva filio dicit negationem filiationis verae, & naturalis, & propriae.

Ad tertiam nego Majorem: Ut enim egregie dicitur S. Thomas quodlibet 9. quae. 2. art. 4. forma competens supposito ratione naturae, respicit naturam ut per se primum subiectum, ut constat in passione, morte, aliusque passionibus & actionibus, quae quia supposito ratione naturae competunt, respiciunt naturam ut subiectum per se primo: Sed filio non respicit naturam ut primum subiectum sui: Ergo non convenit supposito ratione naturae, sed immediate comparatur ad personam. Probatur Minor: Forma respiciens naturam ut per se primum subiectum, denominat per se primo naturam, & rationem illius personam, ut in eisdem exemplis actionis & passionis conspicitur, quae quia primario comparantur ad naturam, & rationem illius, attribuntur supposito, denominat per se primo naturam: Sed filio non denominat naturam, haec namque nec filia nec pater dicitur: Ergo natura non est primum filiationis subiectum.

Dices cum Petro Hurtado, cui haec ratio D. Thomae displicet: Si humanitas produceretur sine aliqua subsistentia (quod plures censent possibile) vere esset productus hominis filia: Ergo filio potest denominare, denominaturque naturam. Consequentia patet, Antecedens probatur. Humanitas in illo casu esset per generationem producta, utpote illius productio esset origo viventis a vivente conjuncto in similitudinem naturae: ergo vere esset genita, & consequenter generis hominis filia.

Respondet negando Antecedens, ad cuius probationem dicendum quod filio omne genus non denominat, sed solum genus complete & perfecte tale: humanitas autem sine subsistentia producta, non esset genita secundum perfectam denominationem generis, & ideo non esset filia.

Ad ultimam probationem Minoris principalis, nego Antecedens Majoris, licet enim a Spiritu Sancto, in casu quo humanitatem assumeret, non excluderetur filio adoptiva, ratione filiationis naturalis, quae ipse non competit, cum ex vi sui processio non procedat in similitudinem naturae, ut in Tractatu de Trinitate disp. 2. art. 4. declaravimus, ob aliam tamen rationem filio adoptiva ei non competeret, quia nimirum adoptio petit extraneitatem personae, id est personam distinctam ab adoptante, & non habentem ab intrinseco ius ad hereditatem, ab vero Spiritu Sancto, ut homo, non esset persona extranea a Deo, cum non esset personaliter distinctus a seipso ut in Deitate subsistens, jusque ab intrinseco haberet ad hereditatem Dei, subindeque filius eius adoptivus non esset.

ARTICULUS II

An Christus, in quantum homo, sit formaliter Filius Dei naturalis?

Christum ut hominem in sensu materiali & identico esse Filium Dei naturalem, fatentur omnes Theologi, nec ab aliquo potest negari, est enim veritas fidei, eadem certitudine tenenda, quae credimus mysterium incarnationis, consistens in unione duarum naturarum in persona Verbi, quae Filius Dei naturalis est. Unde Joann. 1. dicitur: Verbum factum est carne, & habitavit in carne. Solum ergo difficultas est, & controversia inter Theologos, an in sensu formali sit verum, Christum ut hominem esse filium naturalem Dei? ly ut determinante naturam humanam, vel suppositum terminans humanitatem specificative, aut reduplicative.

Prima sententia docet Christum in quantum hominem esse Filium Dei naturalem, ly in quantum determinante & reduplicante naturam humanam. Hanc tenet Suarez, Vasquez, Becanus, Hurtado, & alii ex Recentioribus; qui

qui tamen in eo differunt, quod Hurtado existimat, Christum in quantum hominem, esse filium Dei naturalem, filiatione fundata in humanitate quatenus Verbo unita. Alii vero asserunt, Christum ut hominem esse Filium Dei naturalem, filiatione fundata in sanctificatione humanitatis a Verbo.

Secunda negat Christum ut hominem, sive ly ut, vel in quantum, determinante naturam, sive determinante specificative, aut reduplicative suppositum ut in humanitate subsistens, esse in sensu formali Filium naturalem Dei. Ita Franciscus de Castilo disp. 17. q. 1. part. 4.

Tertia, quae in schola D. Thomae communis est, & quam Delugo, Ragusa, & alii ex Patribus Societatis amplectuntur, docet Christum ut hominem, ly ut reduplicative aut specificative determinante naturam humanam, non esse filium Dei naturalem, determinante tamen suppositum terminans humanitatem, esse filium Dei naturalem, filiatione fundata in generatione aeterna, & per gratiam unionis humanitati communicata.

S. I.

Duplici conclusione proposita difficultas resolvitur.

Dico primo: Christus, in quantum homo, (ly in quantum reduplicante humanitatem Verbo unitam) non est filius naturalis Dei, filiatione fundata in humanitate, quatenus Verbo unita, aut in sanctificatione humanitatis a verbo.

45 Prima pars probatur primo contra Hurtado: Filiatio naturalis petit super actionem naturalem, non autem super liberam & voluntariam fundari, ut communiter docent Theologi: Sed actio creativa humanitatis, & actio unitiva illius ad Verbum, non sunt Deo naturales, sed libera & voluntaria: Ergo super illas nequit filio naturalis fundari, ac per consequens Christus ut homo non est filius naturalis, filiatione fundata in humanitate, quatenus unita Verbo.

46 Probatur secundo eadem pars: Filius naturalis est qui a patre per naturalem generationem procedit: Sed Christus, quatenus homo, ratione naturae humanae Verbo unita, non procedit a Deo naturali generatione: Ergo ut sic non est filius naturalis Dei, filiatione fundata in humanitate, quatenus Verbo unita. Major patet, Minor probatur. Generatio, ut communiter definitur a Philosophis, est origo viventis a vivente conjuncto in similitudinem naturae: Sed Christus, quatenus homo, non procedit a Deo ut vivens a vivente conjuncto in similitudinem naturae: Ergo ut homo, & ratione naturae humanae, non procedit per generationem a Deo.

47 Respondet Hurtado, negando utramque partem Minoris. Deus enim (inquit) est conjunctus substantialiter Christo ut homini, media subsistentia Verbi, quae substantialiter identificatur cum Deo. Deinde natura humana, est divina non sit similis specificae, est tamen illi similis analogice.

Sed contra primo: Ad generationem naturalem requiritur quod sit a principio conjuncto, conjunctione per se causante vel communicante similitudinem in natura, ut communiter docent Philosophi; & patet ex ipsa quidditate & definitione generationis, quae est origo viventis a vivente conjuncto in similitudinem naturae: his enim verbis significatur ad generationem requiri quod vivens per se causet vel communicet similitudinem in natura: Sed personaliter Deo, quae Christus ut homo conjuncti substantialiter Deo, non dat formaliter & per se naturae similitudinem, nec illam causat per se, humanitas enim non causet per se a Deo quatenus trino, sed solum quatenus uno: Ergo Christus ut homo, non est a Deo ut a principio conjuncto, conjunctione sufficiente ad rationem generationis naturalis.

Ad id quod, si conjunctio humanitatis ad Verbum, insufficientis esset ut diceretur Christus ut homo naturaliter genitus a Deo, sequeretur esse magis filium naturalem sui, quam Patris, vel Spiritus Sancti, humanitas enim est magis conjuncta Verbo, quam Patri, vel Spiritui Sancto.

Deinde falsum est quod ad generationem viventium sufficit similitudo analogae: vermes enim producti ex humore putrido in homine, est viventes sunt, & a principio conjuncto vitali actione procedunt, non dicuntur geniti generatione viventium, nec similitur capilli geniti dicuntur generatione naturali: Sed non ob aliam causam, nisi quia non assimilantur specificae cum principio a quo procedunt: Ergo similitudo specifica termini geniti cum principio generante, est de ratione generationis viventium.

48 Secunda pars conclusionis, quae asserit Christum ut hominem non esse filium Dei naturalem, filiatione fundata in sanctificatione humanitatis a Verbo, expresse docetur a D. Thoma infra q. 32. art. 3. in corp. his verbis: Christus est Filius Dei secundum perfectam rationem filiationis, unde quatenus secundum naturam humanam sic creatus & justificatus. Gomez, Tom. IV.

ius, non tamen debet dici filius Dei, nec ratione creationis, nec ratione justificationis, sed solum ratione generationis aeternae, secundum quam est filius Patris solus. Ergo juxta D. Thomam, in Christo respectu Dei nulla est filio fundata in sanctificatione humanitatis a Verbo, sed tantum filio in aeterna generatione fundata.

Ratio etiam quam S. Doctor infinat, id suadet: Nam quod dicitur de aliquo secundum rationem perfectam, non potest dici de eodem secundum rationem imperfectam: Sed filio ratione sanctificationis a Verbo, vel a Divinitate unita, est imperfecta, & veluti quaedam imitatio filiationis naturalis: Ergo persona Christi, quae ratione aeternae generationis, est filius Dei secundum perfectam rationem, est incapax filiationis fundatae in sanctificatione humanitatis a Verbo.

Deinde: Est Christus effectus capax talis filiationis, non potest tamen ratione illius dici filius naturalis Dei: filio enim naturalis petit pro fundamento naturalem generationem; sanctificatio autem humanitatis a Verbo, non potest dici naturalis generatio, cum ratione illius humanitas non vivat, nec a Verbo procedat in similitudinem naturae. Praeterea quod, si ratione sanctificationis humanitatis a Verbo, Christus ut homo diceretur naturaliter genitus, sequeretur ipsum ut hominem magis esse dicendum filium Verbi, vel Dei, ut communis tribus personis, quam filium Patris: Sed hoc dici nequit, ut infra ostendimus: Ergo nec illud. Sequela patet, nam humanitas Christi magis immediate sanctificatur a personalitate Verbi, & a Divinitate tribus personis communi, quam a personalitate Patris, quae solum per concomitantiam & circumfessionem residet in humanitate Christi.

Dico tertio: Christus, in quantum homo, per gratiam unionis est filius Dei naturalis formaliter, ly in quantum determinante in recto, non naturam, sed ly suppositum ut in illa subsistens, non reduplicative, sed specificative.

Prima pars conclusionis ostenditur primo: Christus, in quantum homo, est filius naturalis Dei, ut multoties asseritur ab Adriano I. in Epistola ad Episcopos Hispaniae, sub nomine filii proprii: Sed hoc verificari non potest in sensu materiali & identico: Ergo Christus, in quantum homo, est filius Dei naturalis formaliter. Probo Minorem: Christum in quantum hominem esse filium naturalem, aliquid addit ad hoc quod est Christum hominem esse filium naturalem, sine particula in quantum. Sed haec secunda propositio petit ad sui veritatem, Christum hominem esse filium naturalem Dei, sicut in sensu identico & materiali: Ergo prima ad sui veritatem expostit, Christum esse filium Dei naturalem in aliquo sensu formali.

Probatur secundo eadem pars: Id convenit Christo ut homini per gratiam unionis formaliter, quod per se & formaliter petitur ab unione hypostatica humanitatis ad Verbum; Sed per se petitur ab hac unione ad Verbum, ut est filius naturalis Dei: Ergo Christus ut homo est filius Dei naturalis formaliter, per gratiam unionis. Major patet, Minor probatur. Unio hypostatica humanitatis ad Verbum, per se petit illam unio Verbo Dei, ut subsistenti in natura divina, per generationem ipsi communicata: Sed Verbum, ut sic subsistens, est filius Dei naturalis: Ergo unio humanitatis ad Verbum, per se petit Verbum ut est filius naturalis Dei.

Confirmatur: Licet unio non fuerit facta in natura, nec immediate ad naturam, mediate tamen fuit ad illam terminata: Sed non ad naturam ut communem tribus personis: Ergo ad illam ut in secunda persona existentem: At Deitas ut est in secunda persona per generationem existit: Ergo per se petitur ab unione hypostatica, quod humanitas uniat mediate cum natura divina, ut per generationem Verbo communicata, & consequenter per se petit Verbum, ut est filius naturalis Dei.

Confirmatur amplius: Unio hypostatica id petit per se formaliter, quod per se intentum fuit ex vi incarnationis Verbi: At ex vi incarnationis, non solum fuit per se intentum, quod Verbum Dei esset homo, sed etiam & principaliter quod hic homo, signato Christo, esset Deus: Ergo unio hypostatica hoc etiam petit per se: Sed non quod esset Deus communis tribus personis: Ergo quod esset Deus deitate prout habita per generationem, & consequenter per se petitur ab unione hypostatica Verbum prout est filius naturalis Dei. Id magis patebit ex dicendis disputatione sequenti, ubi ostendemus, Christum ut hominem proprie fuisse praedictum ad esse filium Dei naturalem, juxta illud Apostoli ad Roman. 1. Qui factus est ei ex semine David, secundum carnem, qui praedestinatus est filius Dei in virtute.

Deinde secunda pars conclusionis probatur: Denominatio filii non convenit in recto naturae, sed personae, ut articulo praecedenti ostendimus: Ergo Christus, in quantum homo, est filius naturalis Dei, ly in quantum determinante non humanitatem in recto, sed suppositum in humanitate subsistens, natura ingrediente in obliquo.

Quod autem Christus ut homo non sit filius Dei naturalis ut subsistens in humanitate, ly ut sumpto reduplicative, sic ostenditur. Christum ut in humanitate subsistentem,

esse reduplicative filium Dei naturalem, est esse filium naturalem Dei, quia in humanitate subsistit: At quamvis Christus ut homo sit filius naturalis Dei, hoc tamen non habet, quia in humanitate subsistit, sed quia subsistit in divinitate: Ergo ut subsistens in humana natura non est filius Dei naturalis formaliter, sed ut reduplicative sumpto.

57 Ex quo probata manet ultima pars: Christus enim in quantum homo est filius Dei naturalis formaliter, ut in prima parte conclusionis ostendimus: Sed in quantum homo non est filius Dei naturalis formaliter, sed ut reduplicative sumpto: Ergo in quantum homo est filius Dei naturalis formaliter, sed ut reduplicative sumpto specificative.

58 Confirmatur: Christum in quantum hominem esse filium Dei naturalem, sed ut reduplicative sumpto specificative, nihil aliud est, quam quod ut homo sit subiectum capax denominationis filii naturalis formaliter, sicut Petrus in quantum capillus esse capsum in sensu specificativo, nihil aliud significat, quam quod Petrus secundum capillum sit capax suscipiendi crispitudinem, ut docetur in lumen: Sed Christus, in quantum homo, & ut subsistens in humanitate, est subiectum capax denominationis filii Dei naturalis formaliter, ut ex solutione argumentorum patet: Ergo in quantum homo, est filius Dei naturalis, sed ut reduplicative sumpto specificative.

§. II.

Solvuntur objectiones.

59 Contra primam conclusionem nullum militat argumentum alicuius momenti, sed contra secundam obicitur: Ut de Christo in quantum hominem verificetur esse filium Dei naturalem formaliter, requiritur quod hypostasis Verbi, sub conceptu filiationis formaliter, uniter humanitatis: Sed non fit ei uniter: Ergo Christus ut homo non est filius Dei naturalis formaliter. Major patet, Minor in qua est difficultas probatur primo. Filiatio Verbi est formaliter relatio: Sed filiatio Verbi non uniter humanitati formaliter sub conceptu relationis, alias illam constitueret relatum: Ergo non uniter illi formaliter ut filio.

60 Secundo, Cui non uniter fundamentum filiationis formaliter, nec formaliter uniter filiatio: Sed fundamentum filiationis Verbi, nimirum passiva generatio, non uniter humanitati Christi formaliter, alias illam constitueret genitum generatione divina: Ergo filiatio Verbi non uniter humanitati sub conceptu filiationis formaliter.

61 Tertio: Si Pater humanitatem assumeret, non uniretur formaliter humanitati sumpta, sub conceptu Patris, alias ut homo esset formaliter Pater, quod est insensibile, nam ut homo nullum filium generaret: Ergo pariter Verbum assumens humanitatem, non uniter illi sub ratione filii formaliter.

62 Quarto: In secunda persona non solum reperitur relatio filiationis ad Patrem generantem, sed etiam relatio Verbi ad Patrem dicentem, & imaginis ad Patrem a Verbo representatum: Ad secunda persona non uniter humanitati formaliter, sub ratione Verbi & imaginis: Ergo nec sub conceptu filiationis.

63 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ad cuius primam probationem, nego etiam Minorem, filiatio enim Verbi uniter humanitati sub conceptu relationis formaliter: nec ex hoc sequitur quod constituat humanitatem relatum, quia humanitas huius effectus est incapax, sicut nec sequitur quod constituat deitatem relatum, sicut illi uniter formaliter sub conceptu relationis, quia huius effectus deitas incapax non est. Unde si nonnunquam in hoc tractatu, vel alibi, diximus substantiam Verbi uniter humanitati duntaxat sub ratione forma hypostatica, non vero sub conceptu forma relativa, hoc intelligendum est, quantum ad denominationem relativam filiationis, quam subsistentia Verbi non tribuit humanitati assumptae, sed incapacitati eius.

64 Ad secundam, concessa Majori, nego Minorem, vere enim generatio passiva, quae est fundamentum proximum filiationis Verbi divini, uniter humanitati: ex hoc tamen non sequitur quod generatio passiva constituat genitum humanitatem, sed solum quod Verbum personaliter uniter humanitati, sit a Patre generatio aeterna generatione.

65 Dicitur: Ut passiva generatio noceat humanitati formaliter, solum necessarium est, quod Christus ut subsistens in humanitate formaliter, sit a Patre genitus aeterna generatione: Sed hoc non verificatur: Ergo generatio Verbi passiva, non uniter humanitati Christi formaliter. Major patet, Minor probatur. Christus ut homo non est genitus aeterna generatione ab aeterno, alias ut homo ab aeterno existeret; nec est genitus in tempore aeterna generatione, alias in tempore incepisset generari: Ergo ut homo nullo modo potest in sensu formali dici genitus a Deo aeterna generatione.

66 Respondeo distinguendo secundam partem Minoris: Non est genitus in tempore sed in tempore determinante generationem, concedo Antecedens: Cadente supra complexum

ex humanitate & Verbo, quod genitum est ab aeterno, nego Antecedens, & Consequentium.

Explicatur solutio: Sicut Christus ut homo in tempore subsistit per subsistentiam aeternam, in tempore unitam humanitati, & in tempore Christus ut homo est Deus, & filius Dei, per Deitatem & filiationem aeternam, humanitati temporaliter unitam: Ita ut homo in tempore est genitus per generationem aeternam temporaliter ipsi unitam. Et sicut ad veritatem istius propositionis: Christus ut homo in tempore est filius naturalis Dei, non requiritur quod hac propositio sit vera: Christus incipit esse Deus, sed quod filiatio naturalis fuerit in tempore unita humanitati, & quod factum sit, quod Verbum ut subsistens in humanitate, sit filius naturalis Dei, factione cadente super complexum. Ita ut hac propositio sit vera: Christus ut homo est in tempore genitus a Deo, non est necessarium quod Christi generatio incipiat in tempore existeri, sed quod in tempore facta sit unio humanitatis ad Verbum quatenus genitum, & quod factum sit ut Verbum, quatenus subsistens in humanitate sit genitum.

Ad tertiam probationem Minoris principalis, nego Antecedens, si enim prima persona sanctissima Trinitatis humanitatem assumeret, esset, in quantum homo, Pater aeterni Verbi, per gratiam unionis; sicut modo Christus ut homo, est per gratiam unionis filius aeterni Patris: & sicut Christus, ut homo, est genitus a Deo per generationem aeternam, in tempore humanitati unitam: ita in hypothesi data, Pater ut homo esset generans filium, per aeternam generationem, in tempore unitam humanitati.

Ad quartam, concessa Majori, nego Minorem, etenim Christus ut homo est filius Dei naturalis formaliter, quia humanitas per unionem hypostaticam trahitur ad esse Verbi in unitatem personae, quod formaliter est filius Dei naturalis: cum ergo filius etiam sit Verbum formaliter & imago Patris, non est cur de Christo ut homine non praedicetur formaliter, esse pariter per gratiam unionis Verbum & imaginem Patris.

§. III.

Duo corollaria notantur digna.

67 EX dictis inferes primum, Christum ut hominem non esse filium naturalem sui, vel Spiritus Sancti, sed solum Patris aeterni.

Patet hoc corollarium, Nam Christus ut homo est filius naturalis Dei, per filiationem fundatam in generatione aeterna, ut docet D. Thomas infra q. 32. art. 3. & supra ostensum est. Sed generatio aeterna nequit alium terminum, quam aeternum Patrem respicere: Ergo Christus ut homo, solum Patris aeterni filius naturalis est.

Confirmatur: Filiatio super aliquam actionem fundata, solum respicit pro termino illius actionis principium: Sed solum Pater est principium aeternae generationis super quam filiatio naturalis Christi ut hominis fundatur: Ergo solum Patrem aeternum ut terminum respicit, subindeque Christus ut homo, nec sui, nec Spiritus Sancti, sed solum Patris aeterni filius naturalis est.

Inferes secundo: Quod si Spiritus Sanctus humanitatem assumeret, non esset ut homo filius naturalis, nec adoptivus Dei, esset tamen filius Dei filiatione fundata in creatione humanitatis.

Prima pars huius corollarii probatur: Christus in quantum homo ideo solum est filius naturalis Dei, quia humanitas per unionem hypostaticam assumpta fuit ad unitatem personae cum Verbo, quod est filius Dei naturalis: Sed humanitas a Spiritu Sancto assumpta, non uniretur filio Dei naturali, cum Spiritus Sanctus Filius Dei naturalis non sit: Ergo Spiritus Sanctus non esset quatenus homo filius Dei naturalis.

Secunda etiam pars facile suaderi potest: Nam adoptio ut articulo precedenti ostendimus, petit extraneitatem personae, id est personam distinctam ab adoptante, & non habentem ab intrinseco iure ad hereditatem: Sed Spiritus Sanctus, ut homo, non esset extranea persona a Deo, cum non esset personaliter distinctus a seipso, ut in Deitate subsistens, iussive ab intrinseco haberet ad hereditatem Dei: Ergo ut homo, filius adoptivus non esset.

Denique tertia pars huius corollarii probatur: Ideo solum Christus ut homo non est filius Dei, ratione creationis, quia est perfecte filius ratione generationis aeternae, id autem quod tale dicitur secundum perfectam rationem, non potest dici tale secundum rationem imperfectam & analogam, ut docet D. Thomas infra q. 32. art. 3. Sed haec ratio in Spiritu Sancto locum non habet, cum non esset ut homo filius Dei naturalis: Ergo esset ut homo filius Dei ratione creationis.

DISPUTATIO XXIV.

De Praedestinatione Christi.

Ad quaestionem 24. D. Thomae.

Absoluta dispositione de filiatione Christi, & ab ipso exclusa filiatione Dei adoptiva, & admissa naturali, consequens est, ut de eius praedestinatione, ex qua ut homo habuit esse filium Dei naturalem, differamus, & difficultates aliquas quae circa illam occurrunt, breviter resolvamus, ac tandem huic tractatui finem imponamus.

ARTICULUS I.

Quisnam sit terminus primarius & principalis praedestinationis Christi?

1 Christum Dominum vere esse praedestinatum, concedunt omnes Theologi, & patet ratione qua utitur D. Thomas hic art. 1. Omne quod sit in tempore est a Deo praordinatum ab aeterno, cum ordinatio divina nequeat in tempore incipere, ratione immutabilitatis Dei: Sed in tempore factum est quod Christus multa dona gratuita & supernaturalia consequeretur, praesertim filiationem Dei naturalem, & visionem beatificam: Ergo hoc erat a Deo ab aeterno praordinatum: Sed divina praordinatio eorum quae in tempore sunt per gratiam praedestinatio dicitur: Ergo Christus ut a Deo praedestinatus est. Unde hic restat discutendum, ad quod primario, & principaliter Christus praedestinatus sit? Seu quisnam sit terminus primarius & principalis praedestinationis eius.

In cuius difficultatis resolutione, varie opinantur Auctores: Quidam enim, quos suppresso nomine refert Divus Thomas ad Roman. 1. lectione 3. pro termino primario & principali praedestinationis Christi assignant non filiationem divinam, sed eisdem declarationem; ita ut Christus fuerit praedestinatus, non ad esse, sed ad manifestari filium naturalem hominibus. Alii, de quorum numero est Cajetanus, haec verba Apostoli ad Romanos. 1. Qui praedestinatus est filius Dei in virtute, interpretantur, pro termino primario & principali praedestinationis Christi, consistunt virtutem miraculorum. Alii vero, inter quos sunt Altifiodorensis, & Scotus, extollunt Christum principaliter fuisse praedestinatum ad gloriam animae, & secundario ad esse personale Filii Dei, sive ad filiationem Dei naturalem. Idem sentire videntur Durandus, Lorca, & Yambertus, cum negent Christum esse proprie loquendo praedestinatum ad filiationem Dei naturalem. Denique Thomista, & alii Theologi communiter asserunt filiationem Dei naturalem esse terminum primarium & principalem praedestinationis Christi, beatitudinem vero, seu visionem beatificam, alicuius dona supernaturalia, animae Christi collata fuisse duntaxat terminum eius secundarium & minus principalem.

§. I.

Tribus Conclusionibus difficultas proposita resolvitur.

2 Deo primo, Terminum primarium & principalem praedestinationis Christi, non esse declarationem seu manifestationem filiationis Dei naturalis.

3 Probatur primo: Praedestinatio proprie accepta est in ordine ad terminum qui gratia sit, facta subiecto praedestinatio: Sed manifestatio filiationis naturalis, non est gratia facta Christo, sed nobis: Ergo Christus non potest dici proprie praedestinatus ad hanc manifestationem, nec per consequens talis manifestatio potest esse terminus primarius & principalis praedestinationis Christi.

4 Probatur secundo: Terminus primarius & principalis praedestinationis Christi, est ille qui ultimo per illum intenditur: Sed manifestatio filiationis naturalis, non fuit finis ultimo intentus per divinam praedestinationem, qua fuit ab aeterno dispositum quod Deus fieret homo, & homo esset Deus: Ergo talis manifestatio non potest dici terminus primarius & principalis praedestinationis Christi.

5 Dico secundo: Etiam virtus miraculorum non est terminus primarius & principalis praedestinationis Christi.

6 Probatur primo: Virtus miraculorum, cum sit gratia gratis data, non subiecti cui datur, sed aliorum respicit utilitatem, ut docet D. Thomas 1. 2. quest. 111. art. 1. Sed nullus proprie dicitur praedestinari ex ordinatione ad aliorum utilitatem: Ergo Christus non dicitur proprie praedestinatus ad virtutem miraculorum, subindeque nec talis virtus proprie dici potest praedestinationis terminus.

7 Probatur secundo: Licet virtus miraculorum fuerit Christo ab aeterno preparata, non tamen ad illam ut ad ultimum finem intantum ordinatus fuit, alias ipsa Christi Incarnatio fuisset ad hanc virtutem ut ad finem ordinata:

Ergo ex ordine ad illam, non potest dici Christus proprie praedestinatus, nec illa vocari potest primarius & principalis praedestinationis Christi terminus.

Dico tertio: Filiatio Dei naturalis, est primarius & principalis praedestinationis Christi terminus, beatitudo vero seu visio beatifica animae ejus, alicuius dona supernaturalia ipsi collata, terminus duntaxat secundarius & minus principalis.

Hec conclusio colligitur ex variis locis Scripturae, praesertim ex illo Apostoli ad Roman. 1. Qui praedestinatus est filius Dei in virtute: Quibus verbis explicat praecipuum terminum praedestinationis Christi, & principaliter intentum, nimirum filiationem Dei naturalem. Unde Augustinus libro de praedest. Sanctorum cap. 15. ex illis verbis Apostoli scilicet, Praedestinatus ergo Jesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset tamen in virtute filius Dei, subindeque censet, Christum ut filium David, quod est idem ac Christum ut hominem fuisse praedestinatum ut esset filius Dei naturalis. Subdit Apostolus, Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, ut declaret terminum secundarium ad quem praedestinatus est Christus, ut nimirum sit sanctus & sanctificator aliorum & gloriam resurrectionis per sua merita acquirat. Item Joann. 1. explicatur terminus primarius praedestinationis Christi, cum dicitur: Et Verbum caro factum est; secundarius vero, cum subditur: Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate.

Ratio etiam suffragatur. Et in primis quod filiatio Dei naturalis sit terminus praedestinationis Christi, ostenditur contra Durandum, Lorcam, & Yambertum, ratione desumpta ex praedicto Apostoli testimonio. Ad id quod Christo ut homini convenit in tempore ex gratia, praedestinatus est ab aeterno: Sed Christo ut homini convenit per gratiam unionis in tempore esse filium naturalem Dei: Ergo Christus ut homo praedestinatus est ab aeterno filius Dei naturalis, subindeque filiatio naturalis est sua praedestinationis terminus. Major constat, nam juxta Augustinum, praedestinatio est preparatio gratiae: Sed gratia Christo ut homini in tempore communicata, est illi preparata a Deo ab aeterno: Ergo ad id quod Christo ut homini convenit in tempore ex gratia, praedestinatus est ab aeterno. Minor, praeterquam quod objectionum solutionibus constat, probatur. Licet persona Christi, ut subsistens in natura divina, naturale sit esse filium naturalem Dei, non tamen est ei naturale secundum humanam naturam: Ergo esse filium Dei naturalem, ut in humanitate subsistentem, convenit Christo ut homini ex gratia: Quare D. Thomas praedicta Apostoli verba exponens, lect. 3. sic ait: Praedestinatio potest attribui personae Christi, secundum quod subsistit in humana natura, licet non attribuat ei, prout subsistit in divina, unde & Apostolus prius Filium Dei incarnatum esse praemisit, & postea praedestinationem ei attribuit, ut intelligatur praedestinatus esse secundum quod factus est ex semine David secundum carnem. Quibus verbis aperte docet, Christum ut hominem fuisse praedestinatum ut esset filius Dei naturalis, subindeque filiationem Dei naturalem, esse suae praedestinationis terminum.

Deinde quod talis filiatio sit primarius & principalis praedestinationis Christi terminus, visio autem beatifica, terminus duntaxat minus principalis, contra Scotum & Altifiodorensium ostenditur. Ille dicitur terminus primarius & principalis praedestinationis Christi, qui fuit primo & principaliter intentus & subiectus ex eius praedestinatione: Sed filiatio Dei naturalis fuit primo & principaliter intenta in Christi praedestinatione, non autem visio beatifica, cum haec sit quid divinum tantum participative, illa vero sit quid divinum per essentialitatem: Ergo filiatio Dei naturalis, est primarius & principalis terminus praedestinationis Christi, visio autem beatifica, terminus duntaxat secundarius & minus principalis.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Unio ad Deum secundum esse, quae praestatur a gratia unionis, perfectior est unione ad Deum secundum operationem, in qua consistit beatitudo; Sed quod excellentius est, ad inferius ut ad finem non ordinatur: Ergo humanitas Christi non fuit ordinata ad unionem hypostaticam ut medium, & ad beatitudinem ut finem, sed e contra beatitudo subordinatur unioni hypostaticae, ut fini, & consequenter non fuit praedestinata ad beatitudinem ut finem & terminum principalem, sed ad filiationem naturalem Dei.

§. II.